

SVPPLENDA ET EMENDANDA
AD EPISTOLAM I.

PAg. 1. nota (a) De hoc *Christophoro Fabio Julio* Bernhardus Prætorius P. L. in epithalamio Marci Christophori Jugelii & Magdalenaë Coeleriaë &c. A. 1600. modulato, ita canit.

(Cui catus haut abs re nomen Fabii indidit augur)

Fama recens, & dexteritas in rebus agundis;

Multaque cognitio Regum, quo verba serente,

Juraque de dubiis reddente sagaciter actis;

*In medio attonitus Pegnesus sæpius undis
Hæsit curriculo, facundi Nestoris artes,
Eloquiumque viri tacito miratus in alveo.*

Epitaphium vero cum suis majoribus reperitur in der Morischen Christen Frendhöfse Gedächtnuß bey den Monumenten auf S. Johannis Kirchhof. p. 117.

pag. 2. lin. 5. de Hechtmeiero quodam sermo est, quem mercatorem Basileensem fuisse, judico. pag.